



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

1. An confeßio sit verè & propriè species probationis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

bationis est fidem iudici facere. *L. quingen-*  
*ta. 12 ff. h. t.* Effectus quod secundum e-  
 am sententia proferri debeat. *L. argentari-*  
*us 10. §. fin. & ibi DD. ff. de edendo. & quidem*  
*in pari, pro reo vel qui melius probaverit.*  
*cap. licet. §. ex præmissis. h. t.*

## TITULUS XI.

DE PROBATIONIBVS IN SPECIE,  
 & primum de Confessis.

### C A S U S.

DE commisso homicidio suspecti  
 erant Pater & Filius : factum u-  
 terque negare, nec ullis tormentis  
 fateri. Carolus Magnus veritatis ex-  
 torquendæ gratiâ utrumq; condem-  
 nat ad suspendium. Tum Pater ta-  
 ctus amore filii, sese reum; & Filium  
 expertem culpæ pronunciauit. *Borb.*  
*in cap. in præsentia, de Probat. Quæritur,*  
*t. C. si an illa confessio suffecerit ad proba-*  
*tionem? Resol. habetur num. 2.*

**S**Uprà diximus legitimam probationem  
 fieri

fieri per adversarii confessionem, vel per testes, vel per instrumenta &c. Et quia testillima species, atque ad litium expeditionem promptissima est confessio, ideo de hac primo loco: circa quam princeps haec est quaestio: an confessio sit verè & propriè probatio? Et invaluit non esse; quia effici nequaquam posse videtur, ut is probaverit, qui pro se nihil dixit aut proposuit, nam probatio in sui intentione incumbit auctori. *L. 2. ff. de probat: cui proinde nihil aliud incumbit, postquam confessus est reus; ergò verè & propriè non probavit, sed probandi onere levatus est actor, & reus non probavit: quia nihil pro se aut in sui favorem attulit, sed contra.* *L. de etate. ff. de interrog: act.*

2. Verùm his non obstantibus, *C. de se o*, Confessionem veram & propriam speciem probationis esse, utroque iure pro hac opinione pugnante. ut apud Paulum *L. publ: in fin: ff. de poss: cum enim confessio quaedam depositi in Epistola facta fuisset, quaesitum fuerat, an ex scriptura obligatio aliqua orta fuisset videretur, respondit Paul. h. u. Ex Epistola, de qua quaeritur, nullam quidem obligationem natam videri, se*